

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. III. Eleemosynas hilariter, modestè, destinato numero, dandas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

ptoribus flagellum Christi proximum est. Et certè totas familias malè perire vidimus, quæ sacras ædes tutæ sive commissas negligi, ruere, ac collabi non vertuerunt.

Da igitur, quod debes ædibus sacris, quæ ad sacros usus necessaria sunt, assigna, munditiem eis præsta; & cave domibus sacris spatium vel minimum, cave quidam redditum, aut donaria illa subtrahas.

Annas æternas in templis exequi libi defuncto constitutre vix hoc ævo censuerim expedire, idque certas ob causas. Quadringtonos aut quingentos, aut etiam sexcentos florenos huic rei destinatos, dum vivis, in adolescentes studiosos eroga, & inde tibi majus promeritum accedit, quām si singulis annis inferit cursim peragantur. Alia hīc virorum principum est ratio. Igitur hīc tempora sexaa sic instrue & orna, ut tempium Dei vivum non nescias primo loco curandum. Adolescentes studiosos pauperes omnibus quām impenitissime commendō.

§. III.

¶. Modus:
Da largi-
ter.

Plautus,

Lue. c. 6.
v. 36.

Tob. c. 1.
v. 19. & 20.

Sextus ergondi modus, Da largier: immerge manus tuas manum, non solam rade superficiem. Sunt, qui valde da filios se credant, cum verminos carnes, aut vitum fugiens & vappam, aut poma putrida, aut corras tineis vestes mendiculis projecerint. O grandem munificentiam, pauperibus donare, quæ in fine forent excutienda. Nemo dixerit: Satis habent; hoc contenti sunt pauperes. Istud haud eos dedecet. Scilicet est condignum donum, qualis est cui dono datum est.

Apago voces improbas. Quod pauperi das, Christo das. An Christum exolescere? vino, fætentibus carnibus vis reficer? Illud autem singulariter attendendum tam in profanis quām religiosis domibus: Cum ciborum reliquiae pauperibus dantur, ne quæso tam immunda sit congeries, ut offa canibus obipari videatur. Hic sæpe turpis famulorum, & ancilarum discordia est, quæ dum impatienter properat, carnes, olera, pultes in chaos sordidissimum confundit. Sed & patris aut matris familias culpa hīc miscetur, quibus curæ non est, quid pauperibus aut quomodo detur. Non intelligit super égenum & pauperem. His illud ingerendum. Quod facis, fac bene. Dandis ciborum reliquias multum dabis, si sine sordibus dederis, si te non canibus sed Christi pauperibus dare reputaveris. Quis ciborum omnium confusionem non horret? Immundissimum eleemosynæ genus, est, aspa & lixa, siccæ & liquida, dulcia & acida, olera & pulmenta in ollam unicam conjicere. Distingue distinguenda, & turbæ pauperum bene coxeris. Misericordia sordes non amat.

Estate misericordes, sicut & pater vester misericors est. Non sicut Abrahamus, Tobias, Iobus misericordes fuerunt, etiæ fuerint misericordissimi; sed sicut pater vester. Hujus imitamini liberalitatem. Dandum est, non sicut olim libabatur Soli vinum, hoc est, parsimoniæ; non sicut thus extremis digitis in acerram conicitur, non sicut agroti juculum modico fale spartitor. His eleemosynæ sacris non cochleariolum aromaticum, non cochlear offarium aut pulmentarium, non ligula, sed cochlear fullonum, quo pannos perplunt, est adhibendum; tota manu dandum, liberalissimè; quantum fieri potest, hic ergandum. Da igitur ambabus manibus, largire pleno modio, & ipso horro admetire, non minutum, non parcere, sed ampliter, copioso ac prolixè, minimèque malignè; Primumque magis quām Condum te præsta.

Tobias in captivitate positus quoridie pergebat per omnem cognitionem suam, & consolabatur eos, dividetaque unicuique prout poterat de facultatibus suis. Esurientes ale-

A bat, nudis que vestimenta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam sollicitus exhibebat. En omnibus ornata facies, oculus cæco, pes claudio, operimentum nudo, pater pauperum, pleçà totaque manu dedit.

Germanus Antiodorensis Antistes in itinere stipe à mendiculis rogatus, à Diacono suo quævit, quantum supereret viatici? Tres aurei, respondit. Hos ipsos omnes, ait Germanus, da petentibus mendicis. Cui Diaconus: Si demus, inquit, quid nobis in viaticum restabit? Huic demum præfus: Deo, inquit, non deerit, unde suos nutrit: tu quod habes, pauperibus ne subtrahas. Ergo Diaconus ne cuicquam minus prodidus videri posset, duos dedit aureos, retento tertio. Non diu post equites inseguuntur hos viatores, à Leporio viro ditissimo missi, ut Germano Episcopo ducentos aureos offerrent, quos & obtulerunt, & una sum dominum venerando Prefuli commendarunt. Hic Germanus ad Diaconum versus: Quidquid hoc muneri est, inquit, accipe, vos vero Leporio amplas agite gratias: curabimus, ne male collocaçit beneficium. Dimitis equitibus, fronte seriat diaconum compellans: Scito, ait, quod & pauperes decepseris, & nobis centenos aureos ademeris. Nam si mendicis, prout iussoram, tres aureos deditis, liberalissimus remunerator Deus nunc misisset aureos trecentos. Hanc muneri diminutionem, fatuæ providentiae habemus præmium.

Anno millesimo cœtesimo nonagesimo septimo, quo Cœtesimo, dīa faines plurimos extinxit, religiosa domus Heilsterbachii, novella licet & exigui censū, non ideo tam angustioris liberalitatis in pauperes fuit. Tantus autem accūsus pauperum erat ut eorum vel uno die mille quingentis ad portam numerarentur. Gebhardus e loci tunc Abbas singulis diebus bovem unum lixari, quem præter panes & olera in egenos tribui jussit: ita pauperibus usque ad novas spicas utcumque satisfactum. Verebatur autem opimus pater, ne annona pauperum deficeret ante messem, & ideo pistorum vocans pastores nimis magnos ajebat coquii, moderatione hīc opus esse, quod pluribus & diutius suppetat, quod detur. Hic pistor Conradus Roth: Venerande Pater, inquit, mihi crede, cum massam subigo, & panes formo, admodum parvi sunt, in furno incrementum accipiunt admirandum. Affirmare autem nanos immitti & parvulos panes, extrahi gigantes. Sed & ille hīc observabile, inquit, farinam in ipsis farinariis crescere, ut pistores omnes, sed & pauperes mirentur, dicantque: Vnde, obsecro, hic omnis tam copiosus commeatus? Eodem anno vir opulentus Andreas Spierenis, qui in aulâ Friderici Cæsaris pecuniam maximam congesit, nobile præmium ab omni vecigiali et tributo vacuum & immune emit, & illi ipsi cœnobio in pauperes tam prolixo sponte suâ donavit. Ita panes, olera, boves, & quidquid in egenos distributum, grandi scenore, restitutum est.

Promissa Christi non fallunt: Date, & dabitur vobis, Lue. c. 6. date liberaliter, & liberaliter reddetur vobis; date liberalissimè, & id omne pariter liberalissimè vobis restituetur. Eadem quippe mensurâ, quâ metitur, remetetur nobis. Qui facit misericordiam, inquit Chrysologus, currit ad præmium: qui non facit misericordiam, definiens currit ad paenam.

CAPVT III.

Eleemosynas bilariter, modestè, destinato numero dandas.

ADMIRATIONE dignissimum est, quod Salomon in templum à se conditum thesauros incredibilis insumpserit, ligna pretiosissima pro eo decelerit;

De Eleemosynâ Pars II. Cap. III.

173

legerit; ferri, argenti, auri, gemmarum vim obstupet. Ita illud congeserit, oraculum, se sancta sanctorum auro purissimo totum vestierit; nihilominus hanc auram adem gemino, sed vili ostio clauserit. Ita loquitur Regum fasti: In ingressu oraculi fecit ostiolum signis divisorum. Quid in Iudeâ communius aut vi- lius olivæ? Quis in nostro aëvo non miretur, palati nobilissimi principem portam esse pineam, aut abiegnam? sic oliva Hierosolymis arbor plebeja & vulgaris. Cur non è cupresso, aut ebeno, aut cedro, aut theribintho fabrefactæ portæ? Cur delatus hic honor olivæ? Ita placuit architœcto supremo Spiritui sancto. Oliva ubique gentium, Misericordia symbolum notissimum, ob- lenitatem, inquit Basilius, ob suavitatem & pinguedinem. Ille igitur in sancta sanctorum, in æterne felicitatis domum hinc pervenire poterit, qui per ostiolum oleum quærit ingressum, qui commodare dicit & miserereri.

Sed enim Salomon, quod facet historicus testatur, in offiis dyobus oleaginis sculptis picturam Cherubim, & species palmarum. Cherubim scientia plenitudo. Palma victoriae significatio. Non danda solum eleemosyna, sed modus dandæ permiscendus est: Beatus qui intelligit super egenum. De his largiendi modis loqui copimus: sex supra jam assignavimus. Da ipse eleemosynam, Da dictante syllabo, Da citio, Da humanter, Da considerate, Da liberaliter. Tres alios illis hic adjungimus: Da hilariter, Da humiliter, Certam pecunia summanus signa. Hos dandi modos hoc capite trademus explicatiu.

§. I.

7. Modus: Ego septimus sacræ liberalitatis modus est, Da hilariter. Hic tertio non multum dissimilis, sed est quo illum superet, ciquid aliquid addat. Eleemosynam hilariter dandam tam in priscâ quam in novâ lege singulariter ac frequenter Deus commendat. Hier. 35. Siroides divino iustu præcipiens: Da, inquit, Altissimo secundum datum ejus, & in bono oculo adinventionem facio manu tuarum. In omni dato bilarem fac vultum tuum. Né quæ frontem contrahere, ne supercilium altius attolle, cum dandum est, alioquin non mansupi, seu animi particulam dare cnsiberis. Cur autem in eleemosynis dandis tristior & leverior vultus adeo displaceat? Quid homo vultuosus demit muneri? Plurimum. Fit nonnunquam, ut mercator amicorum suorum optimo merces pretio vilissimo non tam vendat, quam donet. At emptor vultum caperat perinde ac si nimis grande pretium exigere. Hoc acerbè ferens mercator: Amice mi, ait, quid hoc? si putes rem aquo carius indicari, tu tuam pecuniam, ego merces meas retinebo. Putabam equidem tibi me multum gratia praestare. Abi, licet, ad mercatores alios, & istud melius intellige.

Solutionem istam sperabat expeditiorem. Ita Deus gratiam nobis concedit eamque maximam, cum à nobis recipit eleemosynam: quam igitur turpe est, il- lam tam severâ tristitia excipi? Paulus vociferatur & monet: Hilarem datorem diligit Deus. Vnusquisque prout de- finavit in corde suo, non ex tristitia aut necessitate.

1. Cor. c. 9. Optimè dixit Augustinus: si panem dederis tristis, & in p. 7. panem & meritum perdidisti. Ejusdem omnino sensus & pag. 158. animi Chrysostomus: Eleemosyna autem est, inquit, qua- ho. 16. in p. do cum hilaritate, quando non putas te dare sed accipere, quan- Corin. c. 7. do quasi beneficio afficiaris, quando quasi lucrum faciens & mibi pag. 724. Et hac alteri, gaudere & non succensere oportet: quomodo enim non repens tunc absurdum, si alterius solvens tristitiam, ipse contristeret? non s. hom. 36. enim illam jam eleemosynam esse finis. Si enim tristis es, quia ad pop. mihi pag. 332. aliam tristitiam liberas, extreme crudelitatis & iugum- mitatis indicium affers: satius enim fuerit non liberare, quam

A sic liberare. Quid autem tristis es homo? Ne minus tibi sit au- ris omnino si hanc voluntatem habes, ne deus si non copias, quid multiplicetur in celo, ne preses. Sed hic quis retributionem? Propter quid? Sicut eleemosynam eleemosynam esse, & non fac negotiationem. Sane multi & hic acceperunt, sed non sic ac- ceperunt, quasi haec ratione ita, qui hic non acceperunt plus habi- turi essent. Quia potius nonnulli ex illis, ut imbecilliores, quia fortis bony hand admodum allicebatur, hic receperunt. Hec à se dicta Chrysostomus confirmans: Uper etiam, inquit, alteri misericordiam impudentem gaudere, non indignari. Si alacriter demus, gemitata erit eleemosyna, & quia damus, & quia hilariter damus. Hilaritatem, & libera- litatem conjungens Paulus: Qui prester, inquit, in sollici- tuden, qui miseretur in hilaritate. In bono oculo adinven- tionem facito manuum tuarum. Innocuos, non vene- natos geras oculos. Falsinatores ab oculis facillantur venenum, præcipue in parvulos, quibus cibi potiusque fastidium infundunt, hinc miselli ubi aversantur, la- stari nonlunt, sensim extabescunt; ita tame ac siti necatur. Botitus oculus letiisque parvulos, hoc est, pau- peres fame non permit, in modo erigit ac solatur placidis faltem verbis, sereno minimum vultus lucumus homo p. 11. qui miseretur & commodat. Hieronymus Fracastorius v. 5. Veronensis eruditæ famæ medicus: Lipsitudinis go- de Consta- ntiæ pag. 159. nus est, inquit, quo qui laborat, omnes soler, inficer, qui ipsum aspiciunt. Fœda lippitudo & noxia conta- gionis est, cum manus quidem munifica, sed oculus tri- & acerbus est. Hac lippitudine spectatores omnes inficiuntur: Vide, ajunt, quam invictè & morosè det. Fabius Verrucosus beneficium ab homine duro aspe- + Quis est in la- rere datum, panem lapidosum + non inficere appellabat, idem du- ratius. Deus. ergo eleemosynas hilariter; hilarem datorem diligit 2. Cor. c. 9. Deus. v. 7.

§. II.

8. Modus: O Cravus dandi modus est, Da submissa seu humili- Da fab- ter. Hic expressissimum Domini præceptum nos misere- er. Hic Christus Matthæi ore: Cum facias eleemosynam, inquit, noli tuba canere ante te. Te autem faciente ele- humiliter. Mait. c. 6. mosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito; & pater tuus, qui videt in abs- condito, reddet tibi. Adeò fugiendi sunt spectatores, ut in omni si vel læva manus habeat oculos, si eleemosyna sint virtutis a- subducenda. Id, quidem in omni virtutis actione ne- cessione, cessarium, præcipue verò in factis largitionibus, qui præcipue bus inanis gloria, veluti rosis spina semper est proxima tamen in ma. Qui autem vanam querit gloriam, non pauperi, eleemosynas fugie- sed sibi ipi dedit eleemosynam, aut eam certè vendi- sūt spe- di. Hinc Ecclesiasticus sapientissime præmonens: Conclude, inquit, eleemosynam in situ pauperis. Nemo vi- catores. Eccl. c. 29. deat, nemo sciat: sed eam velut furtum insinua: the- v. 15. saurum abdis, ne spectatores advoca.

Cur obsecro, Hebreus sapiens ita regi vult ele- mosynas & abscondi jure merito, nam illæ supremi judicij die coram humanâ gente non publicabuntur tantum, sed & laudabuntur, & pœne solæ.

Christus Hierosolymis ad Gazophylacium se- dens, & velut comediant spectans, silentio aspiciebat, quomodo turba pecunias Gazophylacio immi- teret. Et multi, ait Marcus, jactabant multa. Cum ve- nisset autem una viuâ pauper, missit duo minuta, quod v. 41. & 42. est quadrans. Hic, Christus discipulos velut ad con- cionem colligens, super eam re dissenserere coepit. Ec- quis dixerit placuisse Christo sonoram illam, æris ja- cationem? Nec ipsis hoc idololatri ignarus fuit, eleemosynas non cum plausu spargendas, adeò revera- râ Dominicum præceptum ratione est congruum. A- pertissime Seneca: Nihil è quæ, ait, in beneficio dando v. 11. Senec... 21 tandem est, quam superbia. Quid opus arrogânia vultus quid de benef. tumore verborum? ipsa res te extollit. Detrahenda est inanis c. 11. jactas.

Tom. II.

De Eleemosynâ. Pars II. Cap. III.

170

jactatio: res loquuntur, nobis tacentibus. Non tantum ingratum: sed etiam invisum est beneficium superbè datum.

Plutarch.
10. i. moral.
de adulato-
ris & amicis
discrimina-
michi pag.
366. *Sene-*
l. 2. de be-
neficiis. 10.

Disputat Plutarchus, quoniam modo adulator ab amicis internoscendus. In ea disputatione mentionem iniciit Arcefilai viri modeftissimi. His agrotantis Apellis Chii paupertate cognitâ, revisit ad eum, & una secum viginti dachmas attulit. Cuique jam officii cauilla ægroti asideret: His quidem aiebat, nihil est præterquam Empedocle's elementa.

Ignis, aqua & telus, arque etheris ambitus atmi.

Et tu ejam, mi Apelles, incommodè cubas. Patere tantisper dum cervical ergo: simulque movens pulvinar, clam pecuniam subiecit, ut homo vereundus, quod desidereret, potius inveniret quam acciperet. Cum autem anus, quâ ægroti ministrabat, saccum reperisset, nec sine admiratione ostendisset; Apelles subridens: Hoc, inquit, Acerfilai furtum est. O furtum bonum & Christianum. Hoc furti genere Mirense Pœfus Nicolauſis celo terraque celebrem se reddit. postquam ejusmodi furtu tripli, nummis in ædes lam injectis trium virginum pudicitiam servavit.

Iſidor. 16.2.
epiph. 15.1.
Chrys. ho. 3.
in ep. 3. qd.
Rom. 3. ho.
13. in L. p.
ad Cor.

Ifidrus Pelusiota Nicolai Pontificis Christianum æmulatorem iaudans. Eleemosynam, inquit, singulari amore complectebatur, id tanca studiose captabat, ut obscura & incognita esset ea benignitas, quod exploratum haberet eleemosynam in hoc maximè sitam esse. Idecirco clarus ille vir non modò largiendo, sed etiam occulte id faciendo, eos, qui in fornae pauperis versabantur, velet rore quodam perfulos recrebat.

Chrys. ho. 3.
in ep. 3. qd.
Rom. 3. ho.
13. in L. p.
ad Cor.

Chrysostomus vanam gloriam eleemosynis inimicissimam exagitans: Non sufficit eleemosynam dedisse, inquit, ad hoc ut accepta sit: quando enim ex necessitate quis & coacte, quando ex iniustitia, quando ex vase gloria studio eleemosynam tribuit, fructus omnis perit. Inanis gloria in omnibus rebus fugienda, tum potius in eleemosyna, quandoquidem nec eleemosyne nomen obtinere queat, si hoc morbo labore.

Cat Chri-
tus actio-
nes bona-
lucere co-
râ homini-
bus vel-
cas tam n
abscondi-
& tegi ju-
beat.

Gregorius Nazianzenus patrem suum non immixtò laudat, quod totas largitionis habenas matri concederit, eam potissimum ob causam, ne laus ad se redundaret.

Psal. 48.
v. 12.
Petr. Chry-
sot. hom. 9.
mibi pag.
29. & seq.

Sed illud hic non nihil questionis habet, quâ ratione Christus actiones bonas lucere coram hominibus velit, eas nihilominus abscondijubeat, & tegi? Responso brevissimo rem enucleamus. Diversissimâ sunt, videri, & velle videri. Primum quandoque necessarium, alterum semper flagitosum. Est in mercenari, quod templo dat, suum nomen apponat & insignia, ut alios ad idem faciendum prouocet, aut certe ut alio fine honesto potiatur. Bona mens, sive, recta Intentio factum ex le non malum optimè tuerit. Qui verò sua omnia dona suo nomine insignit, non tam divinum à se honorem, quām siūm queri utrumque prodit. De talibus psaltes Hebræus Vocaberunt, inquit, nomina sua in terra suis. Cælo inscribendum est nomen, ubi deleri nequeat, non terra.

Sene. 1.2.
de bene-
c. 9.

Hac Petrus Chrysologus oratione dissertissimâ complexus: Quomodo, inquit, iustitiam vult celari, cuius opera sic cupit euclere? Fratres, huius præceptio celestia vult jactantiam tollere, auferre pompa, vanitatem demere, submovere inanem gloriam. Iustitia, que per se ipsi abundat ad gloriam, spectaculum populi, vulgi laudes, favores hominum, mundâ gloriam non requirit: a Deo genita calum spelet, in oculis agit divinis, superius virtutibus mixta, semper à Deo solo, in glorificetur, expectat. Hic erum Annæum inge-
to: Precipiant, inquit, omnes antores sapientie, quaam beneficia palam danda, quædam secreta. Nam, que consequi gloriosum est, ut militaria bona, honores, & quidquid aliud notitia pulchrius sit. Rarus quo non producitur, nec honestiores faciunt, sed occurunt inprimatur, egestati, ignominia; ac

ita danda sunt, ut nota sin solis: quibus profunt. Interdum & ipse, qui juvatur, fallendus est, ut habeat, nec à quo accepit, sciat.

Ergo attendite, hoc est, ne gestatis attendi. Ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Quare ne videamini ab eis. Etsi viisi fuerimus, quid tam? Mercedem non habebitis apud Patrem vestrum. Iustitia, que se humanis oculis locat, divini Patri non potest expectare mercedem: voluit videri & visa est: voluit hominibus placere & placuit, habet mercedem, quam volunt; premium, quod habere noluit, non habebit.

Ergo, cum facis eleemosynam, noli rubâ canere ante te. Be- Matt. 10. ne ait, rubâ, quia talis eleemosyna hostilis est, non ciuilis, non misericordia dedita, sed clamoris ostentatio nundinatio est, non commercium charitatis. Eleemosynam quisquis ostentat, insultat; sicut hypocrite faciunt in synagogis, & in vicis, ut ibidem honorificantur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Audiatis quemadmodum notat eleemosynam in conuenienti in plateis, in trivis, non impensam ad pauperum lamentem, sed propria tam ad hominem favorem. Sed dicit aliquis: Ergo in conventu, in plateis, in trivis neganda est misericordia? non præbendus est virtus? Plane in omni loco, & in omni tem- na in co- ple. Eleemosyna pore facienda est misericordia, præbendus est virtus, mulier est regenda: sed sic, quo modo doctriæ misericordie & anchor, ut misericordia non terra sit nota, sed celo, non hominibus infinita, sed Deo. In plateis, in trivis suum pietas habet secretum. Unde homo si in paupere Deo seneras, testes homines ne requirauit: fides arbitros non poscit. Daturus Deo da secretum, ut quod dederit, non sit oneris, sed honoris. Ergo quod multopere inculcandum, Da humiliter.

§. III.

Nonus est stipendi distribuenda modus, Certam pecuniam summa aſigna. Ejus rei Paulus commo- 9. Modu- nfaciens: De collectis auctem, inquit, que sunt in sanctis, pecuniam C sicut ordinavi Ecclesi Galatia, ita, & vos facite. Per unam fabbati unusquisque vestrum apud se seponat, recordens quod ei bene placuerit.

Hic princeps nobis quæstio agitada. Quæsto te, Le- 1. C. 4. Etior, aures vacivas & attenuatum prebe animum. Sunt è Christianis innumeri, qui prompti parati sint ele- 9. Modu- molynam dare, immentum illius fenus non ignorant, illam à Domino præceptam non nesciunt, ideo pro le quisque ac singuli quærunt: Quantum dabos? nollent ut tenaces reprehendi, nec tamen à suis prodigentia accusari sustinerent. Largi esse cupiunt in dando, sed non nimii. Quapropter quærunt quantum dabimus, ut fatis demus? Ut quām clarissimè quæstioni positæ respondemus? Alioquin aliquot pronuntiata premitamus.

Primum est: Definita, certâ pecuniae summa debemus omnibus præscribi viri potest.

Alterum: Considerandum sedulù, quis annuus cu- aliquo- quisque sit census, quis proventus, canon, redditus cuius- quisq. anni obveniat: nam inde potissimum definienda haec quæstio.

Tertium: Accuratè dispicendum, quantum quisque recordat, vel potius quantum possit in annos finulos recordere, si velit esse frugis.

Quartum: suppeditanda ratio, quid in liberorum educationem, quid in familiæ usum quot annis destinandum.

Quintum: Vix ullus unquam in dandis eleemosynis prodigentia potest accusari. Et reverâ præstat hic excelsu delinqueret, quām defectu. Si quidem excessus hac in redandis, defectus vitii est. His præmissis; & quæstione hæc perquisitissimè penitulata, circumspetis rebus omnibus subductisque rationibus nihil hic certius, nihil salubrius videatur posse statui, quām si omnes eleemosynam datur rationem decimaru sequantur. Quām enim crebrò, quām conquisté Deus in præca lege decimas exigit Decim. Exod. 30. mas, inquit, & primiæ tuas non tardabis reddere. Decime v. 19. tertia

Levit. 27. 30. *terre, sive de frugibus terre, sive de pomis arborum Domini sunt, & illi sanctificantur. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis. In omni dato hilarem fac vultum tuum, &*

Exod. 14. 12. in exultatione fac decimas tuas. Hinc & illa Domini querela: Vos configuris me. Et dixisti: In quo configimus te? In decimis & primis.

Malat. 6. 3. 8. *In lege novâ longè mitius atque remissius nobiscum agit Deus. Nec enim omnium rerum decimas polcit; satisficeri sibi patitur, vel pecunie solius decimis. Et certè Chrysostomus has eleemosynarum decimas a Christianis exigens: v. 2. inquit, eleemosynam non facient. Nam si in veteri istud testamento fuit, multò magis in novo. Si enim ubi concessa erat seculiarum possessio, fructu, ac cura, tanta prouidencia pauperum habita est ratio, quādā magis hoc fieri deberat. Omnia projicere jucundum? Quid enim non fecerant hic in re iudei? Decimas ac rursus decimas orphani, vidui, ac profelytis contribuerunt. Nunc verò admirando dicere solemus: Decimas ille vel iste dat. Quantâ, quo, turpitudine faciat, si quod apud Iudeos nullus erat admirationis, aut celebritatis, apud Christianos jam sit unde quis debeat admirari? Sit rūm periculum erat decimas negligere, perpende, quanti nūc istud fuerit?*

Pareamus interea beato Paulo, constitente nos nostris in editib⁹ arcuam pauperibus, que eo in loco, ubi quisque constitire ac orare solitus est, reputatur. Ita ut eleemosynam primum, quates accesseris oraturus, imponas. & deinde orationem proferas. Vi verò ad orationem illotis manibus venire nolles si neque sine eleemosynâ accedas. Et profectò non min⁹ est iuxta lectum eleemosynam reponere, quām si iustum Evangelium suspendas. Iam & commodities, quibus licet, admodum facile colligere, vultis, ut recenseam? Fiet. Sic igitur adjectionem suam artifex aliquis, vel sutor, vel coriarius, vel faber cruxarius, vel quinque tandem si fuerit, levem reddet, si aliquid vendiderit ille sui artificii, primis etiā preti Deo offerat, & hoc pauculum quiddam conciat, exigūamque partem Domino dīdat.

Hac verò ita loquor, ut nullam tamē vobis necessitatem imponam, nec jubeam, magis adjicere, nec vetem etiam: quamquam par omnino & dignum erat non minus quam decimam partem ex tanto huic inferri.

Ergo Chrysostomi sensu, optimè fecerit, qui totius anni proventū sui partem decimam in eleemosynas se pofuerit. Rūm exemplo monstramus. Est quae sex millia florenorū annuatim recipiat, vel e suis praediis, vel e commerciis, sive salarium, seu aliud quodcumque lucruum hanc ei argenti summam parat. Ex hac trecenti minimū floreni videntur in stipem ergandi, parata, præsentique pecunia, ita quidam ut vigesimus semper florenus Deo cedat. Quod si patellā liberalior in Deum esse cupiat, florenos dabit sexcentos, ut decimū quenque consecret. Misericordia. Ita qui tria millia florenorum habet annua, centum & quinquaginta sāltem florenos, in largitiones pias separat: si possit esse largi, det trecentos. Ita qui mille quotannis florenos accipit, det quinquaginta; ita tamē ut fragmenta panis, ciborum reliquiae, vestes detritæ, calcei peruti, liga decida, convivio la pauperibus paranda, & quidquid horum est extra sumnum illam sint pecuniarum. Hac enim talia inter decimas non computanda. Sunt enim veluti spicæ in agris relictae, aut in vineis racemis vinitoribus neglecti, quæ omni jure pauperi Ruth cedunt.

At sunt perquām tenuis fortunæ homines, qui annūs dumtaxat centum florenos, sunt qui solum quinquaginta, sunt etiam, qui non nisi florenos viginti quotannis recipient. His quidem nihil severius suademos, nam ipsimet in paupertino grege numerantur: Nihilominus ille de suis cōtentis quinque aut saltem tres florenos in pauperiores se distribuet; ille suis quinquaginta unum alterūmve subducet in sti-

Tom. II.

A pem; ille suis viginti, si non florenum possit demere, aliquot certè scelertos Christo pauperi assignet hilariter, & cum amplissimā dandi voluntate; certusque sit propter quantum auncunque hanc eleemosynam tam largo affectu junctam, viginti solum florenos in rem suam felicius proventuros, quām si quadraginta vel centum sibi obtigissent.

§ IV.

*Q*uod si aliam decimā rationem libeat int̄ sic agamus. Vbi ex anno seu salario, seu aliò quocunque proventu, tam familia, quām liberis rebusque ceteris pars honesta cesserit, dispiciā secum paternas, quod in annos singulos possit recondere, si luxus, sumptusque superfluos velit præcidere. Quod si post expensas omnes mille florenos superesse reperiatur, p̄f̄ decimis det centenos. Si restent quingenti, det quinquaginta; si centum remaneant, det decem. Ita semper proprio vel ad sufficiam principalem annuam universam, vel ad eam certam quae post necessarias expensas remanserit servanda. Ita cum suis quicunque facultatibus suas committat eleemosynas. Siquidem hac in re princeps regula est: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. Quo modo potueris, ita esto misericors. Nec tam attendas quantum eroges, quām quantum tibi remaneat.

Hinc illi frigidissimi Christiani omni reprehensione digni, qui suis eleemosynis pompam induunt, & nos omni ajunt: floreni centus, an non liberalis est sportula? reprehē. Ita prorsus est, si eam aliquis ē plebe det mechanicus opifex. At tu, mihi avare domine, qui anno uno sex septēmē florenorum millia facis tua, cūm florēnulos centum etenaci manu in pauperes exire finis, factū calo appingendum autem. Itā tantum illud ē tanto? Hęc tua in Christum tuum tam magnifica liberalitas? Non magis calo premium facis? Ita sunt qui decem, qui viginti, philipporum millia: sunt qui trīginta, qui sexaginta millia florenorum annua dormiendo comparant. Sed heu quantilla pars inde Christo pauperi secerit? Grandem servorum turbam, copiosorem aquo familiam palcent, parasitos, moriones, mimos donaris & micos saginant; Christus esurit. Parientes, inō & pavimentum tapetibus velant; Christus obit nudus. Illorum cellæ generofissimo vino plurimōque spumanter; sitit Christus. Equos non ad ulūm tantum, sed etiam ad spectaculum, & totos canum greges Britanicos, Getulos, Gallicos, Aquincos, Avarios, venaticos, hybridas, molossos magnis sumptibus alunt, sat illis loci & pabuli est; solidi Christo non est locus in diversorio. Ad omne genus voluptatum aut pecunia effunditur, aut certè alienum contrahitur, tanta luxus necessitas est; exhortat Christus, sed deserit; nec cibo nec alloquo dignus creditur.

Hic altū vociferatur Augustinus: Et audiant, inquit, ista divites, qui nolunt ēse misericordes. Audiant irrogari supplicia eis, qui nolunt erogare subsidia. Audiant pauperes refrigerandem, audiant divitem pénis gravioribus Lazarum, misit. Da igitur petentem, ut possit ipse accipere; tribue pauperi, si non vis flanūm exuri. Non queritur, inquit Chrysostomus, multā dederis, sed num minus dederis, quām facultates ferant, hoc enim est ludens.

Ergo quodjam constitutum est, eleemosyna, quæ datur; commienda est ad pecuniam, quæ possidetur; major ad maiorem; minor ad minorem; sit aliqua propatio inter facultates, quæ retinentur, & inter stipem, quæ distribuitur. Religio decimarum, quantum fieri potest, observanda.

S. V.

*Sophron. in N*arrat Sophronius, quod dicta confirmet. Nisi
prius spiriti. *c. 185. mihi* Christiana femina maritum habuit à sacris
pag. 507. Christianis alienum. Totus rei domestice census quin-
quaginta floreni erant. Hós maritus promens: Fenori,
ait, quidquid hoc aëris est, exponamus, certe ali-
quam inde pecuniam recipiunt alio quin alium post
alium floreni consumimus, exigua spes, nullo proventu.
Huic uxori: Mi optime marite, inquit, si tenerare
placeat, Christianorum Deo longè liberalissimo hoc
fenoris committamus. Cui vir: Vbinam est, inquit,
quem laudas, & quo loco adeundus? Hunc tibi, ait
uxor, ostendam, & cum dicto virum clementer ad
tempum traxit. Vestibulum templi obsidebant mendici,
quos dixi monstrans femina: Quiquid his
donatur, inquit, hoc Christianorū Deus, ut libi dona-
tum, largissime remuneratur. Ab uxore demum per-
suasus, quinquaginta florenos centumculis commi-
sit. Ita domum redierunt. Exacte trimetri, res an-
gusta domi sollicitos habuit conjuges. Hic maritus
ad uxorem: Video, inquit, Christianorum Deus, aut
nullum reddi tenus, aut tardissime. Et non dura jam
egestas vellicat. Imò verò, mi vir, ait uxori, fidelissimus
est Deus noster; tu modò animum ne defponde; omnia
reddentur cum amplissimo fenore. Hoc age; lo-
cum repete, ubi ærialium nostrum in mendicos de-
plevimus. Paret, & eò redit, sed qui se debitorum
fateatur, neminem invenit. Hanc mœstus oculos de-
figit humi, & casu, quod putabat, jacentem ad pe-
des monetam conficit. Hanc domum deferens uxori:
Mihi crede, ajebat, nec Deum Christianorum vi-
di, nec fenoris quidquam accepi, hoc solum repe-
ri numisima. Vxor iam multò in spem erector: Nil
ambigas marite, inquit, Deus est, qui universa, ma-
xima, minima suo dispensat nutu: hic ipsissimus ille
Deus hanc oculis tuis, hinc tuis manibus mortuam
obtulit: quare abi, & aliquid in prandium éme. De
cetero ille idem Deus suorum amantisimius provi-
debit. Abiit ille, & piscem pretio illo præstinatum
uxori retulit mensa parandum. Hunc illa manibus
avidissimis aperios, lapillum in eo reperit formam ac-
nitoris inustitati. Mirantur ambo conuges, sed felici-
tatem jam præsensim nondum agnoscent. Non
tamen nullius esse pretii tam speciosum seu vitrum,
seu margaritam credunt. Igitur maritus argenterium
sibi aut gemmarium adeundum ratus, & en eum
ipsum, quem quæsivit, opportunissimè obvium al-
locutus: Num, inquit, hunc lapidem emis? Hanc
gemmarius manu oculisque in eam rem eruditissimis
versans: Tua est, inquit, indicatio; fac pretium;
quantus? Hoc ego, ait alter, tui arbitrii est volo, da,
quod placuerit. Gemmarius tam ignorante mercis,
ac facilis venditore gavisus: Præstantia argento, in-
quit, florenos quinque numero. Ille rideret putans:
Florenos quinque, ait, pro hoc lapillo? Mox emptor
pretium augens: Ne diu litigemus, ait, florenos de-
cem accepi, pretium sanè honestum. Iam magis se ri-
deri censens vendor, aliquantis per conticuit. Gem-
marius ne fortunam tam imperito venditori nondum
cognitam è manibus dimitteret: Ne contumacia tuæ
refistam, ait, florenos dabo viginti, & rata sit empio.
Hic venditor majus quid latere suspicatus, medita-
bundum tenuit silentium. Nec tametsi emptor desis-
tere, pretium magis ac magis augere, florenos triginta
ponere, mox & quadraginta, in dò & quinquaginta
offerre: Iam denum alter non amplius vitrum,
nec infinitam gemmam credere, sed raræ virtutis mar-
garitam æstimare. Dum ita licitanter, florenos em-
ptor trecentos pollicitus: Tanti est, inquit, pretii &
non majoris, quod mihi puto sincerè ac ingenuè fa-

A tenti credes. Placéne vendere; trecentis emo: nec
ultra obolus addo. Emptorem habes, si velis. Si
aliud vis, tuum tibi habe lapidem, & abi. Huic tan-
dem aestimationi affensus alter: Emptio, inquit, facta
est: Lapidem accipe, & trecentos mihi florenos nu-
mera. Numerati sunt. Hos ille quamprimum ad ux-
orem ingenti cum plausu detulit. Sed uxor locutum
prævertens: Dic, ait, quot festi vendidisti lapi-
dem? Ad quam maritus latifissimo vultu: Tu potius,
inquit, quære quot florenis. Non ipsa fortuna nobis
fortunatum fit: Prospexit alibi quadrigis in no-
stras ades inveftam crede. Ignotum nobis lapidem,
florenis vendidi trecentis. Femina Christiana gaudio
subsaltans: En, inquit, qualis sit Christianorum Deus,
quàm bonus, quàm dives, quàm gratus! Non quin-
quaginta solum florenos, ipsi commodatos, sed fenore
textupli redditus trecentos. Hunc Deum, mi
vir, agnosce, & cole: hic unus & solus caelo terrâ
que Dominus est: Omnes dii gentium demona. Ita vir
ille cùm rei miraculo, tum verbis conjugis eruditus
Christianâ sacra fulcepit.

Vivit etiamnum hic Christianorum Deus, qui
argentum in tale fenus querit, & accipit, & ul-
tas reddit amplissimas. Vult in paupere sibi dari, ait Pet. Ch.
Chrysologus, & qui vult sibi dari, vult quod datum sol. in p.
et, se debere, & qui vult se debere, quod datum est, in fin. v.
vult largientibus nil perire. Deus parva poscit, maxima
rediturus. O homo, da in terrâ pauperi, quæ tibi manere vis
in celo!

CAPVT IV.

*Convivium egenis instruendum, Christum con-
viçtorem aleandum, Christo aliquid omni-
mensa sepöendum.*

VIDUA Nautica defunctum filium non sola
luxit, sed una secum multos habuit lugentes
& ipsum Christum, qui matrī vivū reddit, quem
mortuum plorarat. Non solis ceremoniis hac lu-
gūs societas stetit. Ita Christus lacrymis, quas La-
zari sores fuderat, non solum suas adjunxit, sed
& Lazarum à morte revocavit, & ita geminæ so-
roris luctum gaudio commutavit. Hinc Paulus Dei
misericordiam extollens: Pater misericordiarum, in-
quit, & Deus totius consolationis. Bona & mellea verba, v. 3.
si sola sint, infæcunda sunt, nec misericordiam satis
testantia.

Iacobus Apostolus luculentē: si frater inquit, aut Iac. 1.
soror nudi sint, & indigent viatu quotidiano, dicat au- v. 15. & 16.
tem aliquis ex vobis. Ite in pace, calefacimini, & satu-
ramini, non dereliqueris autem eis, que necessaria sunt corpori,
quid proderit? Quod Joannes ap. in f. inq. 1. I. 1. 1. 1.
infigens animo: Filioli mei, ait, non diligamus verbo, neque lingua, sed
operè & veritate. Christianus amor, & qua ab eo
provenit, beneficentia manus & brachia provocat
ad opus, verborum melle ac saccharo minimè con-
tentia. In eam rem actiones Beneficentia novem jam Thom. 1.
suprà exposuimus: tres alias hic addimus, ut exa- 9. 31. 16.
cte doceamus, quibusnam modis eleemosyna bene
ac convenienter præbeatur. Harum prima est: Con-
vivium egenis instrue. Altera: Christum convictorem ale;
Tertia: Christo aliquid omni mensa sepone. De his ja-
plura.

S. I.

Ergo decimus partendæ stipis modus est: Convi-
vium egenis instrue. Hoc Christus explicatissimè in-
jungens: Cum facis prandium, inquit, aut cœnam, noli 2. 16.
amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos v. 13. 17.
divites, 14.